

RUTHARDVS PRAESVL MOGVNTINVS.



Monit.lib.3.

Ruthardus à teneris annis literarum studijs & uerę pietati operā dedit. Itaq; factū ut in uirū doctissimū abierit. Cū ergo sedes Moguntina ua- caret, ipse eius loci episcopus ordinatus est, Anno Christi 640. In ea functione pro sua egregia doctri- na & eloquentia sedulò Christi Euangeliū prædi- cauit, atq; eā ecclesiā Barbarorū incursionibus fe- rē desolatā restituit. Vnde nominis eius fama per- citus Dagobertus Austrasiorū rex urbē Mogunt. à Hūnis prius destructā, restaurare cœpit, atq; ad ducentos passus propius Rheno admouit. In ea Ruthardus sua prædicatione fortiter pergens, tam dē moriens, æternā beatitudinem consecutus est.